

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes aliquot

Stahl, Daniel

Jenae, 1662

Regula VI. Unius rei unica est definitio

urn:nbn:de:bsz:31-102400

*Unius rei unica est definitio VI. Top.
c. IV. §. 2.*

I. Unius rei, inquit Nicolaus de Orbellis *Tract. III. summul.* est una definitio, quæ datur per genus & differentiam, sed possunt esse plures descriptiones, vel definitiones largæ sumptæ, quibus notificatur, quid per nomen importetur.

II. Sed per hoc nondum tollitur omnidubium. Nam & plures definitiones essentielles & propriè dictæ unius rei dari possunt. Nam I. datur definitio ex genere proximo & differentiâ specificâ. II. Datur ejusdè definitio ex genere remoto & differentiâ specificâ, unâ cum intermediis, sicut ex *Reg. pras.* constat. III. Ex materiâ & formâ, ut: *Homo est substantia ex corpore organicô & animâ rationali composita*, quæ definitiones omnes essentielles sunt.

III. Pro explicatione sciendum, unius rei esse plures definitiones dupliciter posse intelligi: I. quoad essentiam, quia scilicet plures expriment essentias. Hôcque modô impossibile est, unius rei plures esse definitiones. Cùm enim unius rei unica sit essentia, unica etiam hâc ratione ejus erit definitio, & hôc ipsô, quod plures definitiones, sed diversarum. Et hôc modô negare Philosophum *l. c.* unius rei plures esse definitio-

nel

nes; ex
plures &
concepit
cent. Et
possunt
probatu
sunt plu
dem est
cant, se
ptus vel
& secur
assignat
etiam p
ter se di
commu
distingw
ipsô ge
dem m
ter com

Defini

I. De
ri, est,
tum de
ut patet
nim hon
mal rati

nes; ex textu manifestum est. II. Ita, ut sint plures & diverſæ quoad conceptus vel modum concipiendi, licet unicam essentialiam expli- cent. Et hoc modò unius definiti plures esse possunt definitiones essentialia, id quod probatum fuit. Tres enim illæ definitiones sunt plures non priori modò, quia una & eadem est essentialia v.g. hominis quam expli- cant, sed posteriori, nempe quoad conceptus vel modum concipiendi. Prima enim & secunda differunt à tertiâ, quod illæ sunt assignatæ per terminos logicos, hæc verò etiam per Physicos. Dux priores autem inter se differunt, quod in secundâ differentia communes actu exprimuntur, & à genere distinguntur; in primâ verò implicite & in ipsò genere continentur: in animali siquidem *mixtum, vivens & sensitivum* essentialiter comprehenduntur.

REGULA VII.

Definitio debet reciprocari cum definitò.

I. Top. Cap. VII. §. 2.

I. Definitionem cum definitò reciproca- ri, est, eam de definitò, & vicissim defini- tum de definitione universaliter affirmari, ut patet de definitione hominis. Omnis enim homo est animal rationale, & omne ani- mal rationale est homo, Appellantur autem

ZZ

ea,